



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

X. V. possit reuelari Confessio, cùm celatio ipsius in damnum corporis vel  
animae confitentis cedit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

## *Caput VII. De Secreto seu Sigillo*

nem malefactoris quam audiuit, illum esse  
innocentem, posseque eum facilimè detecta  
**Confessione liberare**, neutquam illi fas est,  
quamvis ipse, qui in suppliciū rapitur, esset  
idē Sacerdos, qui illa se posset via protegere,

**Quæstio** Potestne reuelari Confessio, cùm celatio  
ipsius in damnum corporis vel  
animæ confitentis cedit?

**Respoſio.** **Q**uoniam pro saluanda tota Repub. non  
est licitum reuelare Cōfessionem, à for-  
tiori, non erit licitum eam reuelare pro sal-  
uanda vita vnius hominis, siue corporali si-  
ue spirituali.

**Quæstia** An non licet reuelare Confessionem,  
cùm celatio ipsius cedit in damnum  
animæ ipsius Confessoris?

**Respoſio.** EXEMplō dato, quæstio illa illustrabitur.  
Est aliquis Confessor in testem produ-  
ctus, & à Iudice suo iurejurando astrictus ut  
respondeat ad ea, super quibus fuerit inter-  
rogatus &c. quo iurante, interrogat eum Iu-  
dex super casu quodā, quem tamen per solā  
**Confessionem** scit ipse Cōfessor; tunc tene-  
tur respondere, quia iurauit, & non potest  
deponere falsitatem, quia peccaret mortali-  
ter: Igitur debet deponere veritatem; hanc  
autem non potest deponere, nisi reuelando  
**Confessionem**; Vnde consequi videtur, quod  
eam